

1787 16.
1351

10
PROCANCELLARIUS
IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS
I. V. D.

CATHEDRALIS ECCLESIAE NVMBVRGENSIS CANONICVS
PANDECT. PROF. ORD. ET COLLEG. ICTOR. ASSESSOR
SOLLEMNIA IN AVGVRALIA
PRAECLARISSIMI CANDIDATI
FRIDERICI TRAVGOTT STARCKII

L V S A T I

A. D. V. IVLII MDCCCLXXXVII.
PVBLICE CELEBRANDA

INDICIT.

PREGA NCE ITALIA
IOS RAD ERN RATTMANIAS

I A D

ONTELLARIS DECIMAE MARCHARINIS CANDICAS
MARCHARINIS DECIMAE MARCHARINIS CANDICAS

MARCHARINIS DECIMAE MARCHARINIS CANDICAS

SOCLEMMIA IAHAGARALIA

PLATONARISMI AVNDIPISTI

HEDDESI ET ALIIS SCOTT ET LINGEII

E 724 21

A. S. A. JAHI HEDDESI ET LINGEII

PLATONARISMI AVNDIPISTI

EDITION

...q[ue]r. Nam scilicet ex dictis capituloq[ue]l ut nunc summa
est apud nos q[ui]cunq[ue] alijs autem ceteris non possunt
sup[er] illis p[ro]p[ri]etatis sui exenti. Itali p[ro]p[ri]etatis. Inclusum
est q[ui]cunq[ue] i[n] p[ar]t[ic]ula p[ro]p[ri]etatis q[ui]cunq[ue] est de illis. Nam
sup[er] illis p[ro]p[ri]etatis sui exenti. Itali p[ro]p[ri]etatis. Inclusum
est q[ui]cunq[ue] i[n] p[ar]t[ic]ula p[ro]p[ri]etatis q[ui]cunq[ue] est de illis. Nam
sup[er] illis p[ro]p[ri]etatis sui exenti. Itali p[ro]p[ri]etatis. Inclusum
est q[ui]cunq[ue] i[n] p[ar]t[ic]ula p[ro]p[ri]etatis q[ui]cunq[ue] est de illis. Nam
DE hoc principi q[ui]cunq[ue] i[n]
summi p[ar]t[ic]ulae benevoli.

DELATORIBVS PRAEMIIS HAVD
EXCITANDIS.

OVIDIUS *Trist. I. 1.*

Tantum, ne noceas, dum vis prodesse, videto.

Quotiescunque in litteris publicis admisso aliquo criminis delatores, propositis praemissis promissoque silentio, ad denunciandum inuitari excitarique video, toties dubium mihi subnascitur, verene hoc fieri expediat, an commodum inde proueniens incommodis et detrimentis, quae indidem ad remp. redundare solent, longissime supereretur. a) Sane, quod in arte medica accedit, ut haud raro ipsa remedia plus damni, quam vtilitatis adferant aegris, idem, ni fallor, interdum

a) Non temere credendum esse delationi, iam docuit LVCIANVS Tom.
III. edit. quae Amstelod. 1743. prod. p. 125. idemque monuit P.
Syrus his verbis:

Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

Nae, qui mentem addicit credulam calumnias, aut ipse est prauis inquinatus moribus, aut certe ingenio nil supra puerum valet. Pauca tantum de accusationibus occultis dixit BECCARIA in Tract. *dei delicto et delle pene*, Tom. I. p. 28. edit. quae *Venetii* 1781. Tom. II. prod.

terdum etiam in legislatione euenit, vt scilicet morbi reip. re-mediis contra eos adhibitis magis augeantur, quam tollantur aut minuantur. Nemo igitur, spero, me reprehendet, si, quid mihi ea de re videatur, oblata hac scribendi opportunitate, meo pristino more paucis edifferam.

Evidem haud ignoro, quibus vtantur argumentis, qui delatores ad indicanda crimina praemiis provocando esse existimant. Reip. inquiunt, interest, scelera haud manere impunita, propterea quod nihil magis ad delinquendum inuitat scelerum admisorum impunitate; qua quidem in re nosmet ipsi lubentissime iis adstipulamur. Verissime enim CICERO de Off. II. 8. *Nisi multorum impunita scelera tulissimus, nunquam ad unum tanta peruenisset licentia: a quo quidem rei familiaris ad paucos, cupidatum ad multis improbos venit hereditas.*

Iam (pergunt) cum plerique facinorosorum noctem peccatis fraudibusque obiciant nubem, i.e. maleficia sua clam testibusque remotis perpetrent, quid nobis ad detegenda crimina superest, nisi vt ii, qui eorum scientiam habent, ad denunciandum inuitentur, et si opus esse videatur, vel praemiis eam in rem propositis excitentur? Nonne hoc quoque fecerunt Romani, vt sexcentis veterum scriptorum ex locis testimoniisque nulli dubitationi obnoxii constat? Nonne ipse CICERO in Or. pro Sex. Rose. cap. 20. *Accusatores, ait, multos esse in ciuitate vnde est, ut metu contineatur audacia.* — *Quare facile omnes patimur, esse quamplurimos accusatores, quod innocens, si accusatus sit, absoluiri potest, nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Utilius est autem, absoluiri innocentem, quam nocentem causam non dicere.* Quis igitur dubitabit, quin nobis etiam eandem inre viam, eademque crimina detegendi ratione vti liceat?

Evidem fateor, non nullius haec esse momenti, multum que inde auctoritatis instituto, quo de agimus, accedere. Idem vero altera ex parte tot tantaque inde video emergere incommoda, vt iis commoda, quae expectari cunque possunt, omnia longe multumque praeponderentur.

Ac

Ac primo quidem magnopere vereor, ne ii ipsi, quos ad manifestanda delicta inuitamus, quibusque adeo pro hac opera pretium soluimus, proditioni sensim adsuescant, cumque initio non nisi scelera detulerint, mox, ut auctoramentum propositum percipient, etiam innocentes, ex quibus possint crescere, accusent, tandemque vel ad ipsam patriam proddendam fese accingant. Quod sane mirum haud videbitur iis, qui peruerbos multorum hominum animos norunt, et quam facilis vulgo ad malesaciendum sit via, haud ignorant. Profecto

Nemo satis credit, tantum delinquare, quantum

Permittas : adeo indulgent sibi latius ipsi.

Nae, qui amicum nocentem lucri causa prodidit, mox, quo ingenti aliquo potiatur praemio, eo etiam animum inducit, vt vel innocentem deferat, maxime si latere et ex insidiis quasi agere possit. Nae magna in his terris vis pecuniae est, tan-taque, quantum animo concipere vix possis,

*Aurum per medios ire satellites,
Et perrumpere amat faxa, potentius*

Ictu fulmineo : concidit auguris

Argini domus ob lucrum

Demerfa excidio: diffidit urbium

Portas vir Macedo, et subruit aemulos

Reges munieribus : munera nauium

Saeuos illaqueant duces.

Nonne multi tam audi sunt pecuniae, vt animis eorum penitus infidere videatur illud Satyrici: b)

*Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunamque sua temperet arbitrio.*

Vxorem ducat Danaen, ipsumque licebit

Acrisum iubeat credere, quod Danaen.

Carmina componat, declamat, concrepet, omnes

Et peragat causas, sitque Catone prior.

A 3

Iuris-

b) Vid. TITI PETRONII ARBITRI, Equitis Romanii, *Satyricon p. 178.* edit. splendidiss. quae e biblioth. Illustrissimi L. B. DE REVICZKY Berolini 1785. prodiit.

*Iurisconsultus, paret, non paret, habet,
Atque esto; quidquid Seruus et Labeo.
Multi logor; quiduis, nummis praesentibus, opta,
Et veniet. Clavum poscidet arca Iouem.*

Quid igitur mirum, si eiusmodi homines, qui tam peruerse sentiunt, vt promissum praemium suum faciant, amicos patiter atque inimicos, nocentes aequae ac innocentes prodant ac deferant?

Neque vero sola auri argenteique fames est, quae homines adeo transuersos agere queat, sed idem etiam faciunt ira, odium, atque inimicitiae.

*Non Lindymene, non aditis quattit
Mentem sacerdotum incola Pythius,
Non Liber aeque: non acuta
Sic geminant Corybantes aera,
Tristes ut irae: quas neque Noricus
Deterret ensis, nec mare naufragum,
Nec saevis ignis, nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tunctu;*

vt nihil iam de inuidia d) dicam atque liuore, quo ii maxime agitantur, qui virtutem bonumque oderant alienum, eoque haud raro tantopere excaecantur, vt vel suam ipsorum negligant salutem, modo alias simul in easum atque ruinam trahere possint.

Ve-

c) Ita PHAEDRA apud SENECA in Hipp. v. 1187.
— Falsa memoravi, et nefas,
Quod ipsa demens pectora insano hanferam,
Mentita finci. Vana puniſti, pater,
Inuenisque castus crimine incestae iacet,
Pudicus, infons. — —

d) Quam in iis praecipue videre licet, qui eandem ambulant viam.
HESIODVS Oper. v. 25.

Καὶ χερμένς χερμένη κοτίσι, καὶ τέκτον τέκτον,
Καὶ πτωχός πτωχῶν φθοίσι, καὶ ἀρδός σαΐδαι.
Et figulus figulo succenget, et fabro faber,
Et mendicus mendico inuidet, et poeta poetæ.

7

Veniamus iam ad alterum illorum incommodorum, quae
ex delatorum prouocatione oriri diximus. Quisquis paulo at-
tentius in vitas hominum inspicit, eum profecto latere haud
potest, quantas perpetuus timor perpetuumque periculum a
speculatoribus imminens parat discordias, et quam facile hic
metus omnem vitae communionem societatemque penitus dis-
soluat. Quotusquisque enim eos non fugiet, quos tanquam
homines periculofoſ ſibique infidias ſtruenteſ timere neceſſe ha-
bet? Nae eiusmodi metu parentes a liberis, coniuges a con-
iugibus, ciues alienantur a ciuibus. Non hospes ab hospite,
non frater a fratre ſe amplius tutum eſſe exiſtimat. e) Inde au-
tem non potest non omnium officiorum neglectus, tandemque
ſumma exiſtere miseria. Ita, teſte SENECA de Ben. III. 26.
olim ſub Tiberio Caſare fuit accusandi frequens et pene
publica rabies, quae omni ciuili bello grauius ciuitatem con-
fecit. Excipiebat ebriorum ſermo, simplicitas iocantium.
Nihil eraſt tutum. Omnis faciendi placebat occaſio, nec iam
reorum expectabatur euentus, cum eſſet vnuſ; neque fine
ratione VALENS Imp. teſte THEMISTIO Or. 16. dixit, diſſicio-
rem reip. morbum eſſe, cum ciues a ſycophantis oppri-
mantur, quam cum barbaris feruiant, quemadmodum diſſicio-
res ſint aegritudines, quae intus lateant, quam quea foris
accident. Conf. IAC. GOTHOFREDVS ad l. 8. C. Th. de fam. li-
bell. Tom. III. p. 268. Atque hinc etiam Romani, iis certe
temporibus, quibus ius et aequum in pretio erant, delato-
res, ſycophantas et vitilitigatores ſeuerifimmoſe coercebant. Ita
de AVGVSTO SVETONIVS in vita ciuſ cap. 32. Diuturnorum reo-
rum

e) LVCIANVS l. c. p. 126. Delationum opera iam et euerſae do-
mus fuit et urbes vastatae funditus, patresque in furorem acti
contra liberos, et contra fratres germani, et liberi aduersus pa-
rentes, et contra amatores fuis amafii. Multae vero etiam amici-
tiae reſiſtare, et conſuſte domus fuit ab illa calamitatum pro-
babili ſpecie.

8

rum et ex quorum fordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis
quaereretur, nomina aboleuit, conditione proposita, vt si quem
quis repeteret vellet, par periculum poenae subiret, de TRAIANO
PLINIVS in Paneg. cap. 35. Memoranda facies delatorum, classi
permissa omnibus ventis, coactaque vela tempestatibus pandere, ira-
tosque fluctus sequi, quoscumque in scopulos detulissent. Iuabat,
prospectare statim a portu sparsa nauigia, et apud illud ipsum ma-
re agere Principi gratias, qui, clementia sua salua, vltionem ho-
minum terrarumque diis maris commendasset, de PERTINACE CA-
PITOLINV cap. 7. Delatores vincos grauteri puniri iussit, et tan-
tem mollius, quam priores Imp. uniuersique dignitati, si delatio-
nis crimen incurreret, poenam statuens, f) figillatimque de iis,
qui in accusationem innocentium coierint, MACER in l. 2. D. de
concuss. Si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit,
potest iudicium publicum esse ex Senatusconsultis, quibus poena le-
gis Corneliae teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coi-
erint, quive ob accusandum vel non accusandum, denunciandum
vel non denunciandum testimonium pecuniam acceperint. Conf. H.
BRENCMANN de L. Remmia, eiusdemque diss. de fatis calumniator.
sub Imp. in Ott. Th. Tom. III. p. 1561. nec nou' C. I. VAN RE-
NESSE de coercitione accusatorum, in Oelrich. Thes. nou. l. 2. p. 561.

Iam fac porro, delatoribus, quod plerumque fit, nominis
occultationem promitti, iisque reos quasi cuniculis oppugnare
licere; qua queso ratione hi contra eiusmodi occultas insidias se-
fe defendere, crimenque sibi impropteratum diluere poterunt? Si
bona fide agis, quid times? cur celas nomen tuum? quare me pe-
tis

f) Egregie IULIANVS Imp. apud AMM. MARCELL. L. 18. cap. 1.
cum quidam exclamaret: *Equis nocens esse poterit usquam, si
negare sufficerit. Ecquis, inquietabat, innocens esse poterit, si accusasse
sufficiet?* Haud iniuria autem cordatioribus vapulat. CONSTAN-
TINVS Imp. cum in l. 3. C. de mal. et math. non modo aruspices,
alienas aedes ingressos, concremari iubet, sed eorum etiam accusa-
tores praemio dignos esse existimat.

tis ex occulto? Profecto hoc non modo legibus, quae accusatorem certum notumque desiderant, sed publicae etiam securitati, quam quod maxime, contrarium est. g) Sin improbe agis atque malitiose, si crimen mihi impingis, quod nunquam cogitavi, ne dum admisi, nae furca magis aut loris, quam publico dignus fauore esse videris. Horret animus, quoties illorum miseriam hominum cogito, qui sine certo auctore criminis insimulati, et in carcerem coniecti, multos per annos in vinculis gemunt, et haud raro, iudice aut stertente, aut Bacchanalia viuente reosque vix reminiscente, plures menses silentio transigunt. Quid quaeso mirum, si eiusmodi homines inter supremas anhelantes angustias perire malint, quam viuere, mortemque beneficii loco expetant?

Sed nec hoc silentio praeterendum est, proditores nullo non tempore et ab omnibus bonis odio maximo exceptos fuisse, adeo ut in proverbiis abierit: *Proditionem amo, proditorem odi.* h) Ego vero scire velim, qui fieri possit, ut maleficum odio

g) SENECA de Ira II. 29. *Hic ipse, qui ad te detulit, definit dicere, si probare debuerit. Non eft, inquit, quod me probrahas: ego productus negabo: aliqui nihil unquam tibi dicam.* Eodem tempore et infligit, et ipse se certamini et pugnac subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non vult, pene non dicit; itemque LVCIANVS l. c. p. 138. *Si quis vera a se accusari sibi conscius sit, ille, puto, etiam ageret conuincit, et ad rationem dicendam vocat, et oratione contra contendit; quemadmodum nemo, qui aperto Marte se vincere posse speret, infidus unquam et fraude contra hostes temere vitatur.*

h) ASC. PEDIANVS in *Accus. Cic. contr. Verr.* p. 96. (edit. quae L. B. 1644. prod.) *Accusatorum nomen ita viro bono fugientium est, ut aut dici omnino se accusatorem nolit, aut velit, se non satiis accusatorem videri.* Atque hinc sunt, qui ne in crimen quidem perduellionis silentium morte puniendum esse existiment. Ita, postquam F. A. THYANVS 80. 1642. ideo, quod amici sui, CINC-MARI, perduellionem meditantis, nomen haud detulerat, *Lug-duni capite truncatus fuerat, nonnemo hosce condidit versus:*

odio prosequi, maleficium autem in pretio habere debeamus. Ut volet, quisque fentiat: ego certe a me impetrare non possum, vt vno eodemque tempore proditorem abhorream, proditionem contra in oculis feram, aut magni aestimem. Semper mihi placuit praeclarum illud factum **CAMILLI**, quod refert **LIVIUS Lib. V. cap. 27.** Magister scilicet Faliscae iuuentus cum pueros extra urbem moxque in praetorium Rom, ad **CAMILLO** productos in Rom. potestatem dare vellet, **CAMILLVS** eundem denudatum, manibus post tergum illigatis, reducendum. Fale-riis pueris tradidit, virgasque eis, quibus proditorem agerent in urbem verberantes, dedit.

Denique delatores aut indices praemiis allicere vel ideo periculissimum est, quod facile fieri potest, vt ab iisdem, ne sperato excidant lucro, testes etiam falsi pretioque conducti subornentur, qua quidem ratione vel innocentissimus capitis periculum adire nullo negotio potest. Exemplum praebet **SEX. ROSCIUS AMERINVS**, quippe qui ab **ERVICO** parricidii arguebatur, et nisi **TULLIVM** defensorem habuisset, sine dubio vitam culeo finisset. Sed nec desunt exempla, eadem ratione viros praestantissimos et de patria optime meritos capitis reapse damnatos morteque multatos fuisse, in quibus hoc, quod adiiciam, maxime memorabile mihi videtur.

Venetis seculo decimo septimo vinebat vir integer, innocens, religiosus, nomine **ANT. FOSCARINVS**, nobilis Venetus, de quo omnes boni vno ore omnia bona dicebant. Sed ecce! societas quaedam hominum facinorosorum mente conselerata atque nefaria pessimum crudelissimumque init consilium eundem proditionis accusandi, idque haud alia de causa, quam vt
prae-

*O legum subtile nefas, quibus, inter amicos
Nolle fidem frustra prodere, proditio est!*

Auctor libri, qui sub tit. *Derniers sentiments des plus illustres personages condamnés à mort, Parisis 1775* prod. Tom. I. p. 470. ait: *Tous les gens de bien pleurerent un homme, qui périssoit à l'âge de trente-cinq ans, pour n'avoir pas voulu dénoncer son meilleur ami.*

praemio delatoribus proposito potirentur. Nonnulli eorum mu-
nere delatorum fungebantur, alii testium personam sustinebant.
Quid multis? FOSCARINVS, optimae vir famae, in quem nulla tanti
criminis cadebat suspicio, proditionis arguebatur, condemnabatur,
condemnatusque, tremente tota cuius lumen fuerat, ciuitate, vi-
timo plectebatur supplicio. Et fortasse teterimum hocce fa-
ctum nuncquam in lucem protractum fuisset, nisi similes delatio-
nes tam frequenter insecurae essent, seque tam breui tempore
excepissent, vt suspicione mouerent iudicibus, tandemque,
qua ratione res omnis gesta fuisset, publice innotesceret. Sed
occisus semel FOSCARINVS reuocari in vitam haud poterat, ad-
eoque nihil supererat, nisi vt, restituta eius memoria, mortui
familiae, quantum pote, consuleretur, damnunque datum re-
stitueretur, de scelestissimi autem illis hominibus, qui in mor-
tem eius coierant, iustissima poena (et quae crux his nebulo-
nibus poterat satis supplicii adferre?) expeteretur. *i)* Equis
vero credit, id miseri cinerem FOSCARINI manesque curasse fe-
pultos? En! quid malitia possit humana, et quani verum sit il-
lud SENECAE: *Nullum caruit exemplo nefas.*

Tristissimum fane est, duorum ex hominum, fortasse im-
probissimorum, quibus omnia venalia sunt, testimonio, cuius
vel innocentissimi vitam pendere atque fortunam; quod iam
alii multo me oculatores animaduerterunt sapienterque admou-
nerunt. *k)* Profecto multi praeclara incedunt specie, quibus
tamen, vt lenissime dicam, ferrea intus sunt corda. Vnus est

i) Vid. I. F. LE BRET *Staatsgeschichte der Republik Venetien*, *P.*
III. p. 283. Erant autem Veneti tunc admodum suspiciosi prop-
ter periculosisssimam illam Hispanorum in rem. coniurationem,
quam Abbas REALIVS vivis depinxit coloribus. Vid. *Les Oeuvres*
de l'Abbe de St. Real (Paris. 1745.) Tom. IV.

k) Vid. DELA CROIX *Reflexions philosophiques sur l'origine de la*
civilisation, et sur le moyen de remedier aux abus, qu'elle entraîne,
Paris 1778. sq. cap. 6. et I. H. DE ROVSEL DE LA BE-
*RARDIERE *Dissertations sur la composition des loix criminelles**
(à Leyde 1775.) p. 82. sq.

Kazdoyrās. Homines contra heu! nimium saepe prima fallit frons, externaque decipit species. 1) Quam facile igitur accidere potest, ut par hominum, quorum fides vacillare haud videtur, improbo animo, seu spe lucri, seu odio et ira, seu inuidia, seu alia de causa, contra aliquem mortiferum dicant testimonium, qui tamen a scelere ipsi imputato semper alienissimus fuit? Hic certe meminiisse deberent iudices praedictarum illud, quod apud ASC. PEDIANVM in arg. act. in Verr. p. 67. legimus, monitum: Pleraque criminis ex anteacta vita saepe sumuntur. Sumitur etiam hinc saepe defensio. Omnis enim confirmatio ab attributis personae et negotio sumi slet. Ergo attributa personae maxime in anteacta vita queri solent, negotium in ipso criminis; sibique in animus reuocare vetus illud: Satis est, impunitum relinqu facinus nocens, quam innocentem dannari; quo de argumento quia iam alibi dixi, actum in praesenti non agam, nec cramben bis coctam lectoribus apponam.

Sed possunt testes bona etiam fide errare, et praecognitio ex opinionibus falsum ferre testimonium. Triste eiusmodi exemplum referat DELA CROIX l.c. cap. 22. cuius summa hoc redit.

Cum aliquot abhinc annis in Gallia pater quidam familias eubitum ire pararet, eiusque in cubiculo non nisi parum esset luminis, subito homo, instrumentum mortiferum in manibus tenens, irruit dominumque domus grauiter vulnerat, mox autem, superueniente huius vxore itemque famula, fugam capescit. Initio quidem paterfamilias aequo ac vxori eius et famula fatentur, tanta celeritate omnia peracta esse, ut internoscere fieri non posse: mox autem in suspicionem apud eos venit Caius, quocum ipsis breui ante tempore grauis rixa intercesserat.

1) Verissime SENECA Treg. *Animis turpibus saepe pulchra induitur facies; idemque alio loco: Quantum malorum fronte quam blanda tegis!*

cesserat. Quod nunc suspiciosum ipsis visum erat, idem, parua interposita mora, verum certumque esse existimant. Ne longum sit, Caium tentatae arguunt caedis, cum eoque compositi in adseueratione sua constanter persistunt. Ohe! te, Caii, infeliciem. Iam mortifera in te lata fententia, carnifex ensim suum acuit. Iam, frustra vociferante vxore, frustra lamentantibus liberis, caput tibi amputatur, vitaque tua finita est. Quid porro? Paucis interpositis mensibus homo sceleratissimus, alia ob crimina, eaque manifestissima, in carcerem coniectus, cum ultimum sibi imminere videret supplicium, facinus Caio imputatum vitro satetur, eaque confessione et iudices, qui Caium ad mortem damnauerant, et eius accusatores testesque maxima obruit ignominia. Iam omnia quidem siebant, quae in foliatum vxoris et liberorum occisi vergere posse videbantur. Sed postquam hic semel eo iuerat, vnde negant redire quemquam, nae factum insectum fieri Caiusque ab inferis excitari haud poterat. Quis quaeso huiusmodi legens exempla dubitabit, quin omnia fere, quae in his terris certa nobis videntur, si recte rem aestimes, non nisi vero similiā sint? En humanae conditionis fragilitatem! En rerum ad hominum salutem vel maxime pertinentium incertitudinem!

Fortasse, vt obiter hoc moneam, expediret, in causis criminum testes reo interrogare praefente, et hinc etiam ipsi eiusue defensori copiam eos interrogandi facere, quod apud Romanos factum esse *m*), iam alibi (in *Elem. iur. crim. §. 864.*) monuimus. Ita sane reus occasionem nancisceretur, testes rectam reducendi in viam, veritatemque ab iis eliciendi, quod non posset non ipsi subinde esse utilissimum. Atque hinc, vt idem de-

m) Asc. PEDIANUS l. c. p. 77. Tenere debemus, interrogationes testium et accusatoris et defensoris esse, et eius, qui producit. et eius, contra quem producuntur, nec non p. 93. Loqui, nisi interrogato, testi non licet. Interrogatur autem et ab eo, contra quem productus.

nuo in usum deducatur, nuper suscit FILANGIERIVS in *Syst. Legislat.* Lib. III. Cap. 15.

Ceterum, quod de delatoribus praemii haud prioritandis dixinus, haud ita intelligi volumus, ut nunquam ad hanc scelerum autores detegendi rationem procedendum sit. Quodsi enim non de delictis iamjam perfectis, sed de futuris et praefertim eiusmodi criminibus, quae contra Principem perpetrantur aut remp. e. g. perduellionis, prodigionis, falsae monetae, quaeritur; haud negamus, pro causa qualitate, ad damnum aut infortunium a rep. auertendum, utique posse conscientes, ut delicti autores indicent, propositis etiam praemii prouocari, modo diligentissime prouideatur, ne postea delatores aut ipsi ea in re testimonium dicant, aut in rei necem cum testibus coeant. Certe accusator tantum abest ut ipse contra reum dicere testimonium possit, ut etiam domestici testimonii fides improbetur, testesque, quos accusator de domo produxit, interrogari prohibeantur. l. 24. D. et l. 3. C. de test. Testis autem domesticus non modo ille dicitur, qui eiusdem gentis est atque familiae, sed et qui in eadem habitat domo, l. 11. §. 1. D. de poen. l. 1. C. de emend. propinqu. Graecis vocari solet ὁμοδεν ὁ μάρτυς. Vid. PETR. DE GREVE *Exerc. ad Pand.* p. 397. n) Rei autem domestici vel ideo ad testimonium contra eum ferendum haud facile admittendi, quia, ut MICHAEL VII. 6. ait, patrisfamilias inimici (si non semper, certe haud raro,) sunt sui domestici. Finio iam verbis *Levit.* XIX. 16. Ne inter duos calumniator esto. Ne alterius sanguini immiueto.

n) De delatore teste dixit O. L. DE EICHMANN *Halaë 1781. de Ψευδομαρτυρίᾳ autem nonnulla adnotauit CHR. FALSTER in Amoen. philolog. Vol. III. p. 342.*

Indicanda enim nunc sunt sollemnia

IN AVGVRALIA

CANDIDATI DIGNISSIMI

FRIDERICI TRAVGOTT STARCKE

L V S A T I

qui sua de vita, laudabiliter adhuc acta, ipse his verbis ex-
posuit:

Ego, Fridericus Traugott Starcke, Budissam, urbem Lusatiae superioris primariam, natalitiam agnoscō. Natus sum anno huīus seculi sexagesimo tertio, patre Traugott Leberecht, nūc mercaturam exercēt, matre Maria Magdalena ex gente Gemeinhardia, cuius vtriusque parentis innumerā in me collata beneficia pia mente in aeternū venerabor. Posteaquam ab incububilis prouidentia optimorū praeceptorum, in primis doctissimi Mischkii, Pastoris Reichwaldensis, religionis et litterarum elementa didiceram, anno huīus seculi septuagesimo quarto a patre ad Gymnasium patriæ celeberrimum misfus sum, ubi reverendi Rostii, Rectoris, nec non Coheri, b. Faberi, Demuthii, Petri et Rauffendorfi munificentia, quam satis laudare haud possum, octo per annos usus sum. Postea anno huīus seculi octogesimo secundo scholæ valedicens Lipsiam me contuli, et a Rectori Magnifico, Ernethio, in album ciuium academicorum relatus sum. Interfui scholis philologicis virorum celeberrimorum, Seydlitzii, Platneri et Wietandii, quibus permultum me debere profiteor. Praecepta iurisprudentiae ex doctrina Virorum Illustrium atque Consultissimorum, b. Segeri, Schotti, Sammetii, Bieneri, Kindii, Einerti, et Lungiansii didici, quorum omnium erga me benevolentiam et merita gratissima mente agnoscō. Mox Praefide Excellentissimo Schotto die XV. Februarii MDCCCLXXXVI. Theseis quasdam iuris controverſi publice defendi, et paulo post ab illuſtri Ictorum Ordine ad examen pro
praxi admisſus in patriamque reuerſus in numerum aduocatorum provincialium receptus sum.

Ad altiora autem progressurus a Collegio nostro, vt summi in iure honores ipsi tribuantur, petiit. Cui desiderio, postquam in examine, quod vocant, rigoroso Collegii expectationi omni ex parte satisfecit, cum decess̄e haud potuerimus, vt pu- bli-

blice etiam de eius profectibus constet, proximo die Mercurii in auditorio ICtorum hora a meridie II. l. 21. C. de procurator interpretabitur, mox autem a. d. V. huius mensis hora IX. eodem loco dissertationem *ad XII. priora Capita Tit. D. de R. I.* praefide Viro summe reverend. illustr. excellentiss. Dom. HENR. GODOF. BAVERO, Eccles. Cathedral. Merseburg. Canonico Capitulari, Sereniss. Elect. Sax. a confiliis prouocat. Curiae suprem. provincial. Assessore, Facultatis iurid. Lips. Seniore, Prof. Cod. ord. h. t. Rectore Academiae Magnifico, rel. publice defenderet, quo facto vir illustr. excellentiss. atque consultiss. Dn. CHRISTIANVS RAU, Tit. de V. S. et R. I. Prof. Ord. Supremae in Provincia Curiae et Ordinis ICtorum Lips. Assessor, auctor et collega honoratissimus, cui ex eiusdem Ordinis decreto promotoris munus delegauit, summos in iure honores cum omnibus privilegiis atque iuribus huic dignitati adnexis, sola spe ad fessiōnem in Collegio nostro adspirandi excepta, ipsi tribuet atque concedet.

Quam sollemnitatem ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLVSTRISSIMI, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCREES GRAVISSIMI, CIVES denique GENEROSISSIMI NOBILISSIMI QE praefentia sua honorifica splendidiorem reddere velint, enixissime rogamus. Sc. LIPSIAE ipſis Calend. Iul. MDCCCLXXXVII.




ULB Halle
003 335 402

3



Gl.





1787 16.
B51

PROCANCELLARIVS IOS. LVD. ERN. PÜTTMANNVS

I. V. D.

CATHEDRALIS ECCLESIAE NVMBVRGENSIS CANONICVS

PANDECT. PROF. ORD. ET COLLEG. ICTOR. ASSESSOR

SOLLEMNIA IN AVGVRALIA

PRAECLARISSIMI CANDIDATI

FRIDERICI TRAVGOTT STARCKII

L V S A T I

A. D. V. IVLII MDCCCLXXXVII.

PVBLINE CELEBRANDA

INDICIT.

